

www.e-rara.ch

Explanatio Vetervm Sanctorum Patrvm

Oecumenius

Venetiis, M D LVI

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-137749>

Apostolicorum gestorum argumentum alterum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

a passione Domini, cum bonū certamen certasset, detruncato capite martyriū consummauit tertio Kalendas Iulias, anno ab aduentu Dñi nostri Iesu Christi sexagesimo nono. Sunt autē ex quo martyriū obiit, trecenti ac triginta anni usq; ad presentē hunc consulatum qui quartus est Arcadij, & tertius Honorij fratrum imperatorum Augustorum, quindeccennalis circuitus indictione nona.

MARCVS euangelista cum Alexādrensisibus & toti circum uicinę regioni usq; ad Pentapolim Domini euangeliū p̄dicasset, Alexandrię in Bucolis cum Ictaro primo Lyci martyre sepelitur. Quem Alexander detulit, & ubi omnes episcopi positi sunt, collocauit.

TITVS episcopus Crete Cretensisibus, & circum adiacentibus insulis Dñi euangelium annunciauit, & ibi mortuus est, ac sepultus.

CRESCENS in Gallijs cū p̄dicasset obdormiuit, atq; ibidem humi est conditus.

EVNVCHVS Candacis reginę Aethiopū in Arabia felice & in Taprobana insula euangelium p̄dicauit. eundem ibidem martyrium obijisse, & magnifice sepultum fuisse fama obtinet. & usq; ad hodiernum diem cœmeterium eius extat.

APOSTOLICORVM GESTORVM
argumentum alterum.

ET si acta seu gesta apostolorum liber hic inscribit, maiori tñ ex parte Pauli facta continet; quę qui hęc conscripsit Lucas,

Optime cognoscebat: utpote qui simul cū eo &
 uixerit, et peregrinatus sit, et multa ei necessa-
 ria subministrarit. A gestis aut̄ aliorum aposto-
 lorū exordiri historiā necesse ipsi fuit, quia nisi
 ea prius fuissent exposita, de Paulo exacte tra-
 di quippiam non poterat. Quo pacto. n. ipsius
 crudelitas et ferocia in discipulos Christi anteq̄
 ad prædicationē accessisset, fuisse manifestata
 quo pacto in cede Stephani consobrini sui cōsen-
 sus apparuisset: quo pacto eius inexpectata uo-
 catio et conuersio erga eos quos antea psequer-
 batur, et periculorū pro ipsis susceptio potuis-
 set declarari: quæ omnia iudeos semp̄ ita irrita-
 bant atq̄ exagitabant, ut rabide in eum ferri
 cogerentur. Nihil sane horū p̄spici satis potuis-
 set, nisi Apostolorū historia præcessisset. Præ-
 rea si ab ipso Paulo narrationē incepisset, pror-
 sus ad explicandā ea quæ ipsi contigerunt, digres-
 sione sæpe uti fuisset necesse: atq̄ ita sæpe nar-
 rationis series fuisset interrupta, dum multa
 subinde interserunt, sine quibus euidenter cōsta-
 re quod de Paulo diceret, non potuisset. Ut igitur
 et perspicuā de eo et non interruptam histo-
 riā strueret Lucas a cōmunibus apostolorū ge-
 stis est exorsus. Posteaq̄ uero ad Paulum deue-
 nit, propositum in eo suum psequutus est, atq̄
 om̄is ceteris quod a principio instituerat, absol-
 uit. Non scripsit aut̄ neq̄ mortem Pauli, neq̄
 eius ad Neronem secundā abductionem, licet
 cū eo adhuc esset, cum Paulus ipse dicat, Lucas
 mecum est solus: uel quia historiam p̄petuam cō-
 ponere minime p̄posuerat, sed eatenus tm̄ pro-


Act. 9. 2

Act. 18. g. d

Act. 9. c. d

d. 1. 101
 d. 1. 102
 d. 1. 103

1. Timo. 4. b



gredi uolebat, ut feruens eius erga Christū stu-
 diū et adhesionem, quęq; eō spectabāt, manife-
 starer: uel q̄a occasio ei data non fuerit, qua de-
 ducere ad calcem institutū opus liceret: quippe
 cū multę a p̄sequutoribus Christi quę tunc ice-
 pere, turbationes esse ip̄edimento potuerint. Li-
 cet igitur liber is gesta apostolorū a principio
 polliceat, sicut iam diximus, uerius tñ spiritus
 sancti gesta in eo cōtinentur. Quę .n. admira-
 bilia ab Apostolis facta fuerint simul ac sancto
 spiritu fuerunt afflati, ex hoc libro cognosci-
 mus: quę planē spiritus ipse per eos efficiebat.
 Quin et p̄dictionū Christi ex hoc libro euen-
 tus manifestat. Nā quod dicebat, & maiora his
 faciet, tunc impletū uidemus, cum umbra apo-
 stolorū, & sudaria a corpore ipsorum desum-
 pta mirabiliter egrotantibus, ac uexatis a de-
 monibus succurrerent. Ita ut non ab re esse ui-
 deretur, si euangelium Christi gesta, librum
 hunc spiritus sancti gesta appellaremus.

Ioā. 14. b.
 Act. 5. c.
 Act. 19. b

LIBRI GESTORVM APO-
 stolorum capita.

DE p̄ceptione Christi discipulis ne disce-
 derēt ab Israel: de ascensione eius in cœ-
 lum, & substitutione Matthię in locum

Iudę.

Cap. I.

De diuino spūs sancti in die Quinquagesimę
 in credentes descensu, ubi uarijs linguis lo-
 quuntur Apostoli, et Petrus admonitionē fa-
 cit ex p̄phetis de passione, et resurrectiōe, &